



INSTITUT FÜR
RECHTSLEHRE UND
RECHTSANWANDUNG

TESTAMENTIS OR
DINARIA

Approbation des
Herrn Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.

Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h. Dr. phil. jur. h. c. h.



1557



DISPUTATIO JURIDICA
De
FURTIS,

14 458
1652 3
4

Quam
Ex Consensu & Autoritate Ma-
gnifici, & amplissimi Collegii Juridici in Cele-
berrima & Florentissima Witteber-
gensium Academia.

SUB PRÆSIDIO,
PRÆNOBILIS, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI ET
JURIS CONSULTISSIMI VIRI,

DN. HENRICI COSELII,
De Pezlinovez J.U.D. & P.P. Celeberrimi, Curia
Electoris: Facultatis Juridicæ, nec non Scabi-
natus Adfessoris Gravissimi,

DN: Præceptoris, Patroni ac Fautoris summa sem-
per animi observantia devenerandi.

Strenuis LL.Cultoribus examinandam publicè proponit

NICOLAUS Honholtz Wufsato-
Bremanus.

Ad Diem Januarij
In Auditorio Ictorum.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI Acad. Typogr.
M DC LII.



LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT

PHYSICS DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO
5734 SOUTH EAST ASIAN AVENUE
CHICAGO, ILLINOIS 60637

PHYSICS DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO

PHYSICS DEPARTMENT
UNIVERSITY OF CHICAGO



I. N. D. N. J. C. A.

- I. **Q**uot modis quis contra jus offenditur, tot modis delinquitur; offenditur a. vel respública, vel privati in illa república, unde delicta alia pública, alia privata.
- II. Privatis delictis furtum, de quo in hac disputatiuncula erit sermo, an adhuc hodiè sit annumerandum, non admodum constat? Negant nonnulli per Constitutionem Caroli V. Imperatoris, quâ furti Judicium publicum effectum fuisse opinantur. Affirmat Bocerus *Class. 3. Disp. 1. tb 88. lib. 6. arg. l. 1. ff. de publ. jud. & ad contraria argumenta respondet d. loc.*
- III. Furtum dicitur à Furvo, i. e. nigro quod clàm & obscure fiat, & plerumque nocte *Isid. 5. Etym. c. 26.* vel à fraude, ut Sabinus ait, vel à ferendo i. e. auferendo *Cujacius obs. lib. 6. c. 2.* Vel à Græco sermone quod *Φῶργς* appellant fures. Imò & Græci à ferendo *Φῶργς* dixerunt. § 3. *J. de Oblig: quæ ex delict: nasc: l. 1. §. 1. ff. de furt: Alciat. 1. disp: cap. 10. Wesenb: in par: ff. bic. n. 2.*
- IV. Quæ interpretationes vocabuli quum suam habeant vim & utilitatem ad percipiendam rem ipsam. Paulus eas non frustra recenset, possuntq; videri probabiles: nempè quod nomina sæpè non unam duntaxat rationem significandi habeant *l. 1. ff. b. t.*
- V. Potiùs tamen, quod testatur *Excellentiss. Nostr. Præcept. Dn. D. Suevus in velit. Cad 4. lib. 7. tb. 2.* à ferendo dictum definitur, quod sit contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratiâ vel ipsius rei, vel etiam usus ejus possessionisve, quod lege naturali prohibitum est admittere, *d. l. 1. ff. b. t. §. 1. J. de Obligat: quæ ex delict: nasc.*
- VI. Fraus sine contrectatione ad furtum faciendum non sufficit. §. *interdum. J. d. t. nec contrectatio sine fraude §. placuit tamen. in fin. eod. l. 53. ff. de Furt. l. 37. de Usucap. l. 41. §. 1. ff. ad L. Falcid.* Imprimis autem dicitur *contrectatio*, quia contrectare



non tantum est attingere, sed etiam auferre *l. 3 §. 12. ff. de acquir. poss.* Inde nec sola cogitatione, nec verbo nec scriptura sed rem contrectando furtum fit *l. 1. ff. de furt. & l. si quis uxori. §. neq; l. inficiando eod.* Cogitationis enim poenam nemo patitur *l. Cogitationis ff. de poenis.* Atq; id obtinet in foro (uti loquendi mos est) fori sive seculi, non item in foro poli, in quo etiam solo animo furtum fit, *Can: si propterea & Can: seq: de poenitent: distinct: 1. Vide Pacium Cent. 7. évaylio Qavōv quest. 50. Schneid: ad tit: de Obligat: quæ ex delict: nasc: §. num 5 § 8.* Deinde dicitur fraudulosa, quia is qui volente domino rem contrectat, vel cum dominum velle existimat furtum facere non dicitur *l. 78. l. inter omnes. §. rectè ff. b. t.* Consentire enim est, non contradicere, textus in *l. 1. §. Scientiam ff. de tribut. action.* Quod etiam testatur *Excellent. Dominus Præses ad l. 3. ff. de R. 7.*

VII. Præterea in furti definitione ponitur. *Lucri faciendi gratia.* Quod si ergo alio quam lucri faciendi animo quis rem alienam contrectet, furtum non facit *l. 39. & l. 53. in pr. ff. de furt.* Puta si quis libidinis causa alienam ancillam raperit furtum non committit *d. l. 39.* Quia maleficia voluntas & propositum delinquentis distinguit. *d. l. 53.*

VIII. Porro dicitur. *Rei.* Quod verbum de re mobili tantum accipiendum est, *l. 25. ff. eod. & l. quare ff. de Usucap.* In rebus immobilibus enim non furtum sed alia species delicti committitur *l. si quid fur l. 27. l. 12. ff. b. t.* Neq; refert res sit animata vel anima careat. Nam & hominis furtum fit illi in cuius potestate est, veluti filii familias *l. 14. §. si filius familias l. 38. ff. de furt. fac. l. 1. §. per hanc a: ff. de R. V. §. interdum etiam §. de Oblig. quæ ex delict: nasc.* Itemq; Servi *l. 48. §. ancilla & §. seq. l. Si quis uxori. §. Si Servus surreptus l. ancilla 60 ff. de furt.* Tum etiam brutorum animantium, veluti armentorum & jumentorum *l. 40. ff. b. t.* puta bovis & equorum *l. 1. §. abigeis autem ff. De Abigeis,* item gallinarum & anserum *§. gallinarum §. de R. D.* ac pavonum mansuetorum *l. 37. ff. de furtis.* Piscium ex piscina secundum poenalem Constituit: *Carol: V. art. 169. & Columbarum l. Pomponius §. 1. ff. famil. hercisc. Matth. Berlich. part. 5. Concl.*

Concl. 50. Benedict. Carpzovius in defn. 5. Const. 36. p. 4. Et ita Lipsenses in Causa NN. Mense Jun: anno 1631. pronunciarunt (verb: Sentent: Habt Ihr eine ziemliche Anzahl Tauben so zu feldern fliegen vnd wieder kommen/vnd es hat ewer Nachbahr sich vnterstanden/eitliche paar davon in seinen Taubenschlag mit list aufzufangen/ &c. So ist er euch dieselbige wiederumb außzuantworten schuldig/ vnd mag hierüber ein zwene Tage lang mit Gefängniß gestraffet werden, B. N. W.) Denique etiam apium. Carpzov: Defn. 1. d. Constit. 36. p. 4.

IX. Rebus inanimatis annumerantur arbores, lapides arenæ & terræ fructus alii l. 25. §. ult. & l. seq. §. 1. ff. de furt. Dn. Carpzov. Defn. 3. p. 4. Const. 37. Quod & pronunciano Confirmarunt Lipsenses. Contra H. G. zu Freyburg Mens. Jan: Anno 1625. (verb. Sent: Hat der verhasste H. G. in gutem bekant vnd gestanden/das er seithero Martini 1600. Sechser auß der Erden gezogen vnd dieblichen entwendet &c. So wird der gefangene derowegen öffentlich billich zur Staupen geschlagen vnd des Landes ewig verwiesen B. N. W.) Item tabulæ sive Cautiones cæteraq; instrumenta, & quod in iis continetur, si aliæ probationes desunt l. qui tabula. 27. in pr. §. 1. & 2. §. final. l. 28. l. 31. §. 1. & l. seq. in pr. b. t.

X. Et licet quis ignoret cuius sit res quam alicubi jacentem lucri faciendi causa aufert furti tamen se obstringit. Nihil enim ad furtum minuendum facit, quod cuius sit ignoret, l. 43 §. qui alienum quid jacens ff. b. t. Unde etiam earum rerum furtum fit, quæ facto naufragio vel aquæ ruina aut ex incendio dispersæ jacent, vel ex nave ejus levandæ & periculi augiendi gratia ejectæ sunt, hoc animo, ut si salvæ sint recipiantur l. 43 §. si jactum ex nave factum ff. b. t. §. ult. J. de R. D. Gail. lib. 1. Obs. 18. n. 3. l. 43. §. qui alienum 4 ff. b. t. C. tua nos d. Simon. C. generalis distinct: 54. C. si quid invenisti 14. q. 5. Zanger: de quest: c. 2. n. 46. & seqq: nisi res piratica aut hostilis fuerit Aub. Navig. C. de Furt: Eadem est ratio illarum rerum quæ de rheda corrente non intelligentibus hominibus cadunt. §. ult. J. de R. D.

XI. Quare qui jacentem rem tulit, ut à furti suspicione & obligatione se liberet, proponere debet libellum continen-
tem se invenisse, & redditurum se ei qui desideravit & osten-
dit rem esse suam l. 43. §. qui alienum ff. h. t. d. C. Si quid inveni-
sti. 14. q. 5. Wesenb: & alii in §. 47. J. de R. D. Quod si non inve-
niatur is, cujus res inventa fuit, Ecclesie vel pauperibus in-
ventor si dives est eam tribuere debet, si ipsemet pauper reti-
nere poterit. vid. C. nemo qui rapit. 14. quest. 5.

XII. Potest & minimæ rei furtum fieri c. fur a: 14. q. 6. No-
vell. 69. c. 2. §. item gallinarum, ibi Sneider. Mynsing. Wesenbee: &
reliqui Dd. J. de R. D. Arum. disp. 17. th. 15. Non enim ex quan-
titate sed affectu furandi delictum æstimatur. d. c. 14. qu.
ultim.

XIII. Fiunt autem furta in rebus alienis, res verò alienas
intelligimus quocunque modo etiam Communes, respectu
portionis quæ alterius sit l. si socius ff. h. t. Et rei tamen quæ
nostra est interdum furtum facere videri possumus, ejus nem-
pe in qua alteri jus est, ut debitor pignoris de quo infra latius.
Tunc enim revera facimus quatenus aliena est, nec tam rei
quàm usus aut possessionis § aliquando a. J. de Oblig: quæ ex delict:
nasc: Alienæ autem non sunt, quæ nullius sunt, itaq; nec ea-
rum, quæ pro derelicto habentur furtum fieri intelligitur l. 1.
ff: pro derelict: l. 2. l. 5. §. fin: ff: eod: §. hoc amplius, vers. qua ratio-
ne de acquir: rer: Domin

XIV. Deinde in Definitione ponitur Usus ejus possessio-
nisve, quia furtum facit non tantum is qui lucrari vult proprie-
tatem alicujus rei sed etiam usum ejus aut possessionem l. qui
jumenta l. si pignora & l. fullo ff. de furt: Possessio quidem sem-
per rei inest, nec potest res auferri sine interversione possessio-
nis aut usus: Sed ita possessionis, ut interdum ejus solius, qua-
tenus illa per se est à re ipsa separata: non autem quatenus in-
est rei; tunc enim non dicitur usus seu possessio surripi, sed res
ipsa, quia hæc principaliter est, cui usus & possessio inest. Hor-
tens: ad §. 1. J. de Oblig: Quæ ex delict. nasc:

XV.

XV. Ultima verba in definitione *quod lege naturali prohibitum est admittere*, quamvis in hac definitione parum videantur esse necessaria, tamen hujus juris fontem ostendunt. Nam juris naturalis ac Divini præcepti ratio cordibus nostris inscripta Exod: 50 suadet. Non furtum facies. Et inter juris præcepta refertur: Suam cuique tribuere, Neminem lædere, hinc etiam alibi dicitur: Furtum naturâ turpe ac inhonestum esse *l. probrum ff. de V. S.* Naturâ inquam eâ quæ peperit jus gentium per discursum, quod secundarium vocant, & quæ distinxit dominia *Inst: lib: 2. tit. 1. Godd: num: 7. 8. de V. S. Mynsing: ad §. furtum n. 8.*

XVI. Varia olim fuerunt furtorum genera, aliud enim erat furtum conceptum, aliud oblatum, aliud prohibitum aliud non exhibitum § 3. & 4. *f. de Oblig: quæ ex delict: nasc:* Quæsiturus enim olim rem furtivam in ædibus suspectis nudus eas intrabat lincio cinctus lancem. i.e. vas amplum & latum, ante oculos tenens testibus aliquot præsentibus, si invenisset rem furtivam, habebat actionem furti concepti, & is apud quæ furtum sic conceptum esset actionem furti oblatis adversus eum qui sibi eam rem obtulisset, ut apud eum conciperetur. Sin quærere prohiberetur, habebat actionem furti prohibiti. Sin inventa non exhiberentur, actionem furti non exhibitum. § *conceptum f. de Obligat: quæ ex delict: nasc:* Sed illa genera hodie ab usu discesserunt. Saltem hac occasione hinc quæritur, An requisitio rei furtivæ in ædibus alienis adhuc admittenda? Et quamvis antiqua illa rei furtivæ in domo aliena requisitio hodie in usu non sit, tum quia hoc prætextu omnium curiositati servirent ædes nostræ, quæ nobis liberum & tutum præbere debent domicilium *per l. 18. ff. de injus vocand.* tum quia durum ac periculosum, invito patre familias secreta domus perscrutari *l. 2. in pr. C. Quando & quibus quarta pars debetur & c.* Quod si tamen suspicio adsit vel certa appareant indicia rem furto ablatam apud aliquem receptari, aditus Judex missis executoribus justitiæ, etiam hodie in alienis ædibus inquisitionem concedere potest *arg: l. 3. ff. de fugit: arg: l. 11. ff. de acquir*

vel amitt: possess: arg: l. 151. §: non videtur ff: de R. J. Idem obtinet de Jure Saxonico per text: Weichb: art. 90. post pr. vers: Und wird die Dieberey darinnen gesucht mit seinem willen von Gerichts wegen junct. gl: ib. n. 4. §. Ihr solt wissen.

XVII. Caterum hodierno tempore duo tantum genera furtorum supersunt Manifestum scil: gefährlicher öffentlicher Diebstahl/ & non Manifestum Heimlicher Diebstahl/ quamvis hanc divisionem inutilem esse hodie nulliusq; momenti sunt qui disputant, eam ob causam, quod hodie sit eadem ratio de furto quocunque commisso, sed nostram assertionem non tantum approbat. Excellentiss: noster Præcept: Dn. D. Suev: in velit: 15. tb. 3. lit: a. ad 4. lib: Verum etiam Noviss: Conit. Criminal: Carol: V. artic: 157. in pr. ibi. Ehe er damit in sein Gewarsam komt/ nicht beschreyen berüchriget/ oder betreten würde junct: artic: seq. in pr. ibi. Ehe er an sein Gewarsam kompt betreten wird/ oder ein geschrey oder nachtheil machte &c: Ubi manifeste distinguitur öffentlicher und Heimlicher Diebstahl. Ususque ejus adhuc est quò ad pnam leniendam vel exasperandam Quod testatur Schultzius in Synops: J. Imp: ad tit: de Oblig: qua delict: nasc:

XVIII. Utrumque furti genus variè dividitur. Aliud enim est diurnum aliud nocturnum l. si pignore § 4. §. 2. ff. de Furt: l. 1. & 2. ff. de Fur: balnear: l. itaq; 4. §. 1. ff. ad L. Aquil: l. 9. ff. ad L. Cornel: de siccar: Giphon: in §. 3 Inst: de Obligat: qua ex delict: nasc. Aliud est furtum sacrum i. e. rei sacrae, & dicitur propriè sacrilegium, vel est publicum, & propriè vocatur peculatus. De aliis iisque variis furtorum generibus videantur Cujacius lib: 6. observ. c. 2. & lib: 11. cap. 27. & Bonifac: in tract. de furt. §. furtum num. 88. Item Gilbansen in arb: Judic: criminal. cap. 2 tit. 27. num. 2.

XIX. Furtum faciunt omnes, qui doli capaces sunt, dum scientes rem alienam invito domino lucri causa contrectant. l. 25. in fin. l. inter omnes 46. §. rectè 7. l. 50. §. rectè Pedius ff. de furt. l. 41. §. ult. ff. ad L. Aquil. §. 7. in fin. J. de Oblig. qua ex delict. nasc.

XX. Hinc

XX. Hinc infantes furiosos ac dementes furtum committere haud posse constat, *l. impuberem 23. vers. nam in infantes ff. de furt. l. infans 12. ff. ad L. Cornel. de Sicar. l. 5. & l. 40. ff. de R. J. l. 3. §. 1. ff. de injur. Vid. Pranobil. & Excellentiss. Dom. Praesid. ad l. 5. ff. de R. Jur. Quamvis in Impuberibus pubertati proximis aliud obtineat d. l. 23. ff. de furt. §. 18. Ubi Borcholt. Inst. de Obligat. quae ex delict. nasc.*

XXI. Nec, qui fuit in ea opinione dominum concessurum, siue verè siue falsò hoc sibi persuadeat, Cum desit unum substantiale ad furtum requisitum scil: affectus furandi; quia furtum sine affectu furandi non committitur §. 7. *Inst. de Obligat. quae ex delict. nasc. & l. furtum in pr. ff. de Usucap. & l. qui re & l. inter omnes. §. rectè. ff. eod.* Hæc tamen procedunt in casu certo, quando scil: constat, quod credidit dominum permissurum, nam tunc etiam stultè & falsò opinando furtum non facit, cum per hoc solum committat culpam & non dolum, sine quo furtum fieri nequit. *Secund. Johann. Fabrum ad §. 7. Inst. de oblig. quae ex delict. nasc.* In casu verò dubio, quando non constat de ipsius animo, communis est opinio contra utentem esse præsumptionem Juris quod scil: credat dominum non permissurum *l. qui vas ff. b. t.* Nisi ostendat aliqua indicia verisimilia propter quæ aliter præsumendum sit, ut quia dominus rei fuit suus amicus, & utens homo honestus, secus si ignotus & inimicus. *Sneidew. ad d. §. 7. Instit. de Oblig. quae ex delict. nasc. Vide Amplissim. nostr. Præcept. Dn. D. Sæv. in velit. 15. lib. 2. lit. b. ad 4. lib. Inst.*

XXII. Neq; furtum committit, qui volente domino licet ipse credat invito Domino hoc fieri rem alienam contrectat. *per §. 8. Instit. de Obligat. quae ex delict. nasc. & l. 46. §. rectè ff. b. t.* Quia magis inspiciendum est quod est in veritate quàm quod est in opinione *l. 2. §. Si à pupillo ff. pro empt. & quia in ambiguis semper benignior interpretatio sequenda est, l. 85. ff. de R. Jur. Borch. ad d. §. 8. Sneidew. ibid. in pr. Gom. tom. 3. Var. resol. c. 5. n. 1. Dambauder. in pr. Crim. c. 110. de furt. n. 3. & 16.*

B

XXIII.



XXIII. Ab isto tamen Casu Justinianus noster excipit in §. 8. *Inst. de Oblig. quæ ex delict. nasc.* Quando quis suadet Servo, ut domino suo aliquas res surripiat, & ad suadentem deferat, licet servus hoc faciat voluntate domini sui qui hoc permisit, ut suadentem indelicto deprehenderet, tamen suadens tenetur non solum de furto, sed etiam de Servo corrupto. Quod etiam locum habet in filio, cui similiter persuasum est, ut res patri surriperet. Interest enim nostra, animum liberorum nostrorum non corrumpi. *l. ut tantum §. 1. ff. de Servo corrupto.*

XXIV. Si quis debitori à quo nihil consequi potest rem æquivalentem surripit furtum non facit, non obstante, non esse concedendum singulis, quod publicè fieri debet per Magistratum, *l. non est singulis. ff. de R. j.* & quod nemo possit esse iudex in propria causa, *l. unic. C. ne quis in sua caus.* Fraus enim requiritur in fure, qui in ipso incipiat & in læso desinat. tum faciunt exempla necessitatis & famis quæ excusant à furto, *l. 2. §. 2. ff. ad L. Rhod. de jact. Can. si quis b. t. Neviz. 5. Sylv. nupt. 48.* Item ex Sacris literis de Israëlitis Ægyptiis sub hoc prætextu furtum non facientibus *Exod. 11. vers. 2. & 12. vers. 35.*

XXV. Contra vero debitor surripiens rem oppignoratam, furtum committit: Creditor enim habet possessionem pignoris præterquam ad usum, *l. Servi nomine ff. de Usucap.* Debitor igitur subtrahendo pignus dicitur furtum committere. Primo respectu possessionis de quo sup: Deinde respectu cautionis sive securitatis, quam creditor habebat incumbendo in ipsam rem oppignoratam *l. itaque §. final. ff. b. t.*

XXVI. Qualis etiam is est, cui scienti ego ignorans rem meam quasi suam tradidi, modo lucrandi animo eam accepit *l. 44. §. 1. ff. b. t.* Et si quis suam putat rem, quæ est connexa pars rei alienæ principalis, veluti si alieni poculi ansam suam putet, vel alienæ mensæ pedem putet suum, vel lecti alieni fulcrum, totius rei principalis, atque ita etiam partis quam suam putat furtum facit, *l. 21. §. Sed & si ansam ff. b. t.* Quia juris error non excusat, *l. 4. l. 8. & l. seq. ff. de jur. & fact. ignor.*

ignor l.ii. C.d.t. Item falsus Creditor, qui sciens indebitum accepit, l.43. in pr. ff. b.t. Falsus item Procurator, qui nomine veri Procuratoris accepit pecuniam à debitore Creditoris, d.l. 43. §.i. & l.80. §. falsus ff. b.t.

XXVII. Quò & pertinent illi, qui rem alienam sibi commodatam, vel apud se depositam; vel pignori datam invito domino in alium usum quam cuius gratia data est, vertunt §.6. Instit. de Oblig. qua ex delict. nasc. l.54. in pr. l.40. l.76. in pr. ff. b.t. Noviss. Constit. Crimin. Carol. V. art. 179. ibi. Welcher mit eines andern Gütern/die ihm in guten glauben zu behalten vnd versahren gegeben sind/ mißwilliger vnd gefehrlicher weise dem Glaubiger zu Schaden handelt/ solche Mißthat ist einem Diebstahl gleich zu halten/vnd zu straffen. Quod intellige verum esse, si manifestus ejus dolus conspicitur, alioquin ob solum usum civiliter & poenâ pecuniariâ puniendus est. teste Schulzio in Synops. Inst. Imp. ad tit. de Obligat. qua ex delict. nasc. liter. e.

XXVIII. Neq; is eximitur, qui in officio suo fraudulentè & dolo malo versatur rebus sibi creditis contra fidem datam malè perditis & consumptis, l.1. §. fin. l.2. ff. de tut. & ration. distrab. l. tutor ff. de furt.

XXIX. Hic non levi quod ajunt mollique brachio tractatur quæstio: Nunquid furtum committat, qui eo animo rem alienam surripit, ut eam vel ipsi Deo vel proximo inopî & egeno largiatur? Nos Juris Civilis & Canonici autoritate freti, affirmantem sententiam retinebimus l.54. §.1. ff. de furt. Cap. forte aliquis 14. quæst 5, can. 27. Caus. 1. quæst. 1. Non enim sunt facienda mala, ut indeveniât bona, Roman. 3. vers. 8 cap. 10. Caus. 32. quæst. 4. gl. in d. can. forte aliquis 14. Summ. Sylvest. in lit. F. verb. furtum num. 14. Hackelm. disp. 23. tb. 4. ad lit. D.

XXX. Controvertitur inter Doctores, an huc referri debeant tabellarii seu nuncii, quibus tradita est pecunia ad alios perferenda, si illam retinentes in suos usus convertant? Et eos siue pecuniam annumeratam siue obsignatam accipiant, indistinctè furtum committere existimamus, per l.7. C. de furt. l. si mandaverit 22. §. 7. ff. mandati, junct. l.52. §. 6. ff. de furt.

B / 2

cuus



cum similib. Estq; ratio in promptu, quia actus agentium ultra vel contra mentem & intentionem illorum nihil operatur per text. in l. non omnis 19. in pr. ff. de reb. credit. l. 3. §. 1. ff. de O. & A. Sed & illud constat, nunquam nudam traditionem transferre dominium, sed ita demum si venditio aut aliqua justa causa præcesserit, propter quam traditio sequitur, l. 31 ff. de acquir. rer. Domin. Dan. Moll. lib. 4. Semest. c. 2. n. 2. & seq. ubi n. 5. & seq. ad Dissent. argumenta respondet. Quæ sententia Constitutione Criminali Caroli VII. expressè confirmata videtur art. 170. De Cæteris furtum facientibus, & non facientibus, videantur brevitate ergo, cum omnia singulatim hîc comprehendi nequeant, passim Dd.

XXXI. Pæna furti duplex est, una ordinaria, altera extraordinaria. Ordinaria furti manifesti quadrupli, nec manifesti dupli. Extraordinaria furti pænâ pro commisso delicti qualitate & circumstantia modò pecuniaria est, modo corporalis, modo relegatio, modo in opus publicum damnatio, modo alia atq; alia. Cur autem durior in furto manifesto vindicta placuerit, mirari quis non immerito posset? Quippè cum gravius videatur delinquere qui clam, quàm qui palam facinus aliquod perpetrat, l. non administro ff. de administ. tutor. Contrarium verò ideò placuit, quia ea quæ naturâ suâ sunt turpia majore turpitudine palam committuntur, ut exemplum est Scortum publicum, fac: l. 2. §. si in re ff. de vi bonor. rapt. l. palam ff. de ritu nuptiar. Non autem rationem eam esse putamus, quam habet Cujacius 19. Observ. 12. ut plus consequatur qui fuit vigilantior. Nec enim hîc de præmio Domino ob diligentiam decernendo agitur, sed de pænâ delinquenti infligenda, quam ex gravitate delicti æstimari decet.

XXXII. De jure civili autem nulla pænâ mortis in fures est constituta, per text. express. in Nov. 134. cap. quia vero 13. vers. pro furto. Junct. auth. sed novo jure Cod. de serv. fugit. Ubi verbis disertis statuitur, quod pro furto nemini membrum abscindi, aut quis mori sed tantum castigari debeat, violentis aggressoribus.

foribus, grassatoribus & latronibus exceptis, qui panis legali-
bus (puta l. 28. §. 10. & 16. ff. de panis) subjiciendi sint.

XXXIII. Hodie verò ubique ferè locorum pæna suspendii
in usu servatur, & fures forcâ suspenduntur per Constitu-
tionem Friderici primi, quæ extat in Cap. unic. §. 6. de pace te-
nenda 2. Feud. 17. Ubi manifeste dicitur: si quis quinque soli-
dos valens aut plus furatus fuerit, laqueo suspendatur (quin-
que solidos h. e. quinque aureos ungaricos sive ducatos Carp.
part. 4. Const. 32. Defin. 2.) Sin minus scopis & forpice excoer-
tur & tondatur. Ob quam Constitutionem, etsi quidam cla-
mitent Imperatorem Fridericum mala morte objisse, ejusque
animam in inferno torqueri. Sed rectè iis respondetur, somnia
hæc esse vigilantium. Friderici enim animam & voluntatem
judicavit Deus, cujus arcana hominibus incognita sunt. Imo
non demum ex hac constitutione, Friderici sed ante eum ex
jure saxonico quod multo antiquius est, pæna furti suspendii
scilicet esse caput uti constat extext: Landrecht lib. 12. art. 13. ibi.
den Dieb soll man Hencken.

XXXIV. Quæ pæna an æquitati naturali innitatur, quæ-
ritur? Non pauci antehac fuerunt, & adhuc hodiè reperiun-
tur, quibus nimis durum & iniquum videtur, ob ejusmodi pe-
cuniam morte hominem mulctari, Cum neque lege Mosis, ne-
que legibus antiquis Romanorum tam civilibus quam præto-
riis in furem statuta sit, ut eleganter persequitur Fornerus l. Se-
lectionum 15. Et sanè inter delictum & pænam proportio esse
debet, ita ut in quo quis peccet, eodem etiam puniatur, quem-
admodum sapienter M. Cicero 3. de legibus ait: Noxia pæna
paresto. At quæ erit hæc proportio, ut ob rem corruptioni
obnoxiam furto subtractam homo vitam amittat? Cum ho-
minum causa totus mundus, & omnia quæ in eo sunt creata
sint: Ut loquuntur Stoici. Lactant: lib. 7. l. 2. ff. de stat. homin.
Cum hominis liberi nulla æstimatio, hominis cum bonis nul-
la comparatio sit l. huic scriptura. §. final. ff. ad l. Aquil. l. 1. §. sed
cum liber homino ff. de his qui dejecerunt. l. libertas. l. non est singulis.

B 3

§. infm.



§. infinita & ibi Dd. de R. 7. Cum æquè suspendatur qui 50.
vel 100. quam qui aliquot millia aureorum abstulerit.

XXXV. Hæc & similia à nonnullis ut existant furum de-
fensores, proferuntur, quibus rectè cum D. Augustino dixeris,
nostrum non esse leges condere sed conditis parere, nec de legi-
bus sed secundum eas judicandum esse. Inveterata enim hæc
est consuetudo, quæ pro lege custoditur. *l. de quibus ff. de LL. l. 2.
C. Quæ sit longa consuetudo & ibi Dd. ab Imperatore Carol. V. &
Proceribus Imperii artic. 159. 160. & 162. in ordinat. Criminal.*
confirmata, nec Deo in politia Mosaica omninò contraria.
Potuit enim fur effringens à privato impunè occidi, *Exod. 22.
v. 2. in servitutem addici v. 3. & pænâ pecuniariâ in septuplum
exaggerari unâ cum confiscatione bonorum Prov. 6. v. 3. vide
Ampliss. nostr. Præcept. Domin. Doctor. Sæv. in d. velitat. sua. 15.
th. 4. lit. C. ad 4. lib. Instit.* Et quamvis hæc ita sese habeant,
nos non tamen constitutionibus illis Mosaicis tanquam foren-
sibus obligari certum est, sicut nec aliis ejus Politicæ Legibus, de
violatore scil: Sabbathi *Exod. 31. v. 14. Num. 15. v. 35.* De filio
immorigero lapidibus obruendo. *Deut. 21. v. 18. & seqq.* Fuit
enim longè alia conditio Judæorum olim in veteri testamento
quàm hodie Christianorum. Quia non tantum singulis Ju-
dæis terra Chanaan quasi in peculium tradita, sed & singuli i-
dem jus in possessiones tribus suæ habebant, ideoque furti cri-
men usq; adeo non incurrebant & ita mitior pænâ de jure ipsos
manebat. Nec putandum est summum Imperatorem adeo
fuisse inconsideratum, ut sine causa legem ferret injustam.
Neque credendum unum vel alium videre id, quod animad-
vertere nequivèrunt temporis Principes, alique Imperii sta-
tus, nec non Theologi, Jæti, & Consiliarii, quorum opera ordi-
natio Criminalis fuit conscripta & promulgata, ut patet ex
præfatione Ordin. Crimin. & Recess. Imper. de anno 1532. rubr.
Halßgericht betreffende. §. nach dem auch. Hi enim conside-
rantes, sicuti pro diversitate circumstantiarum pænâ furti in
V. T. variabat, ita & hodie arbitrio judicis illam relinquendam
putarunt. Deinde cum re non semper conferenda est pænâ,
quasi

465
quasi inter vitam & bona hominis nulla sit proportio? siqui-
dem hac ratione etiam Sacrilegi & incendiarij ab atroci suppli-
cio futuri sunt immunes *Excellentiss. nost. praecept. Dn. Doct. Suer.*
in d. velitat. sua:

XXXVI. Quod tamen non in distinctè ita est accipiendum,
quasi pro quolibet furto quis possit suspendi, sed varia circum-
stantia, quæ ad hoc ut dicta suspendii pena locum habeat re-
quiruntur, consideranda sunt. Et quidem si furtum cum ef-
fractione violenta ædium vel tabernarum factum fuerit, extra
omnem dubitationis aleam positum est, quod secundum Con-
stitutionem criminalem Caroli V. nullo inter furtum diurnum
& nocturnum parvum, & magnum discrimine habito, fur si
masculus sit suspendi, si vero femina Culeo insuta aquis suffo-
cari debeat. *Vide P. S. D. art. 159.* Quia hoc casu non tam
ratio habetur valoris ac magnitudinis furti, quam effractionis
violentiæ, ut notat Carpzovius *in pract. Criminal. part. 2. quest.*
79. n. II.

XXXVIII. Sed quod ob unicum simplex furtum magnum;
tametsi tria parva, quoad qualitatem exæquet, pena suspen-
dii (nisi alia circumstantia furtum aggravantes concurrant) im-
poni non debeat, eò quod simplex furtum per se nunquam
fuerit Capitale. *Novell. 134. C. ult. auth. sed novo jure C. de serv*
fugit. Idque Carolina Constitutione *art. 160.* expressè corre-
ctum non appareat, in pronunciando sequi Ictos Tubigenses
testatur Henric. Bocer. *de furt. C. 1. n. 143.* & Jenenses Matth.
Coler. *part. 1. decis. 144. n. 4. § 20.* Contrariam verò opinionem
habet Dn. Carpzovius *in p. 4. Const. 32. def. 4.* Cum valorem
rei furtivæ & damnum domino per furtum datum jubeat Ca-
rol. V. *in ordin. Crimin. artic. 160.* eamque per totam ferè ger-
maniam usu & praxi receptam esse testatur Donell. Moller. *n. 3.*
in fin. Quam & verbis disertis approbavit Sereniss. Saxon. E-
lect. *Constit. 32. § Wan einer vers. Da es gleich sein erster Diebe*
Ball ist &c.

XXXIX. Si

XXXIX. Si quis unicum furtum & quidem parvum ac modicum valorem 5. solidorum non excedens commisit, tunc secundum Constitutionem Carolinam distinguitur inter furtum manifestum & non manifestum. Priori casu ubi furtum est manifestum, tunc pro numellis publicè sistitur, virgis caeditur, & postea relegatur, & insuper rem furtivam vel ejus æstimationem si solvendo est, restituere tenetur P. H. D. artic. 158. vers. Das der Dieb an den Prangen gestelt. Et ita Lipsenses Mense April. anno 1630 Pronunciassent refert Carpzov. (verb. sentent. Wirdt T. Z. beschuldiget/ das er vorm Jahr einenbeutel/ darinnen 57 Ungarische Ducaten in specie gewesen gestolen. Ob er nun wol dessen geständig/ solches auch in der erkündigung sich also befinde. So in 13. er doch gestaltten sachen nach/ weil die Deube über funff Soliden ferner nichts außtraget mit dem stränge am leben nicht gestrafft werden. Er wirdt aber gleichwol wegen seiner verbrechung mit staupen schlägen ewrer Gerichte ewig verwiesen. B. R. W.) Posteriori casu Ubi furtum est non manifestum, tunc rem furto sublatam una cum duplo restituere tenetur P. H. D. artic. 157. vers. So sol ihn.

XL. Si quis duo furta commisit & tunc si ea sunt magna & enormia absque dubio pœna laquei locum habet per Const. Carol: art. 161. circa finem. Si vero duo illa furta sunt modica & vilia quinque solidos non excedentia fur ob ejusmodi bina furta ad numellas ponitur & relegatus territorium ejurat dicitur. Constit. Carol. 191. Crescentibus enim delictis crescit & pœna. Atque ita Lipsenses pronunciarunt contra NN. zu Hamburg mens. Jun. anno 1614. (verba sentent. Da ihr euch nun albereit erkündiget hattet oder nachmahls erkündigen würdet/ ob angelegte stücke gewiß und inwarheit verlohren/ und ihren rechtē werthe nach über 5. Soliden, das sein 5. Gilden des besten ungarischen Goldes außtragen theten. So möchte der Gefangene wegen solches begangenen und bekanten vielfältigen Diebstals vermögē Keyser Carels des fünfften und des H. Römischen Reichs peinlichen Gerichts ordnung mit dem stränge vom leben zum todte gestrafft werden/ da aber oberwehnte stücke die 5. Soliden nicht außtragen

fragen möchte er am leben nicht gestrafft, sondern allein mit Strau-
pen schlagen ewiger Gerichte ewig verwiesen werden. (D. R. W.)

XLII. Tria verò vel plura diversa furta sufficit etiam in di-
versis territoriis fuisse perpetrata ad pœnam laquei. *Covar. 2. var. resol. 10. n. 2. Gometz. 3. var. ref. 8. Setser: ad §. Conceptum Inst. de Oblig. qua ex delict. nasc.* Est verò ista consuetudo non plane irrationabilis, si modo non extendatur simpliciter ad quodcunque furtum *Wesenb. in tr. de furt. in fin. Menoch. 2. de arbit. Judic. q. C. 295 Borch. de pact. C. 2. n. 14. Moller. 1. Semest. 17. Arum. D. 17. tb. 6. Rober. Disp. 19. tb. 5.* Idem in foro Saxo- nico observatur attestante *Matth. Coler. Decis. 144. n. 5.* Ubi ita Jenenses pronunciaſſe refert. Quod Elector Saxoniae Au- gustus hac restrictione confirmat, si omnia Computata & jun- cta summam quinque solidorum excedant, vel superent: Se- cùs si infra eam sint, quo casu pœnam fustigationis duntaxat cum perpetua relegatione imponi jubet *Const: 32.*

XLIII. Quamvis autem circa suspendii pœnam supra di- stinctum sit, ita ut masculus suspendi, fœmina vero Culeo in- suta aquis suffocari jubeatur, quod etiam in quibusdam locis ita observari attestatur *Joh. Schneiderv: ad §. ult. Instit. de Ob- ligat. qua ex delicto nasc. num. 7. in fin.* Secundum dispositionem tamen Juris Saxonici & hodiernam frequentiore observan- tiam æquè fœminas ac mares suspendendas esse attestatur *Reinh. Rosa, maximè cum non ita multum Const. Carolin. refrageretur, ut colligi potest ex artic. 162. Ibi. nach jedes landes gebrauch.*

XLIII. Quod si plures simul furentur, ad pœnam laquei haud est deveniendum, si non factâ divisione rei furtivæ cu- jusque portio valorem quinque solidorum excedat *D. Const. 32. §. und wo ihr viel/ quod tradit Carpz. in part. 4. Const. 32. de- fin. 13.* In capitalibus enim factum uniuscujusque conside- randum est. *l. final. ff. ad l. Cornel. de scar.* Et ita Lipsenses con- tra NN. & Consortes zu Annaberg M. Nov. anno 1582. pronun- ciaſſe testatur *Carpzov. d. l. (verb. sentent. Da sich nun in ere- kündigung befinden würde/ das die bekante Deuben alle/oder derer*

so viel / das sie ihren rechten werthe nach denen Gefangenen einens
ieden Insonderheit zu seinem antheil vber fünf Gulden Soliden, das
sein fünf Gulden des besten Ungarischen Goldes austragen the-
ren / gewiß und in warheit geschehen / und die Gefangene auff ihrem
gethanen bekenniß vor Gerichte freywilligh verharren oder des
sonsten wie recht vberwiesen würden. So möchten sie alle drey
mit dem Strange vom Leben zum Tode gestrafet werden. B. N.
W.) Secus est, quando ad interesse & pœnam pecuniariam
agitur, tunc singuli in solidum ad pœnam obligantur teste Be-
nedicto Carpzov, d. loc.

XLIV. An autem eadem pœnâ teneatur is, qui consilium
opemve tulit, quâ fur ipse præsertim hodie cum pœna furti ca-
pitalis sit? Existimaverim non teneri sed mitius puniri, nisi
in ipso actu furandi adfuerit, opemve tulerit. Wesenb. in *ff. de
furt. ex tradit. per Angel. in præct. Criminal: quam sententiam
usus & jus Saxonie. artic. 13. Landrecht lib: 2. etiam compro-
bant.*

XLV. Is, apud quem res furtiva est inventa, in dubio fur
quidem non præsumitur, quia ubicunque ex eodem facto di-
versæ oriuntur præsumptiones, quarum una est honesta, alte-
ra turpis, ibi potius præsumendum est in partem meliorem.
l. 51. ff. pro socio. ad evitandam tamen suspicionem indicare
debet, à quo & unde acceperit, quod si suspectæ fidei, malaque
conditionis, & famæ corruptæ sit, quin tunc ad torturam ra-
piendus sit, nullum est dubium *l. 8. §. 1. C. de question.* Idque
velle videtur Constitutio criminalis Caroli V. *art: 43.* nec dis-
crepat Juris Saxonici dispositio, uti patet *ex art: 90. circa finem.*
Simplices autem furum rerumque furtivarum receptores Jure
civili expeditum est eadem pœnâ, quâ ipsi fures principales,
puniri *per l. 1. ff. de receptatoribus l. 1. C. de his qui latrones vel a-
liis criminibus reos occul. l. 13. sub. fin. ff. de offic. præsid.* Quò facit
textus clarus *lib: 2. artic. 13. vers.* Wer Diebe behauser oder
Raub heeler &c: wird er das vberwiesen / man soll vber ihn richten /
als vber jenen der es selbst gethan. Equius tamen est hodie
simpli-

simplices receptores, qui nec re nec spe lucrum aliquod parti-
cipant mitius p̄nā arbitrariā non Capitali puniendos esse,
arg. l. ult. in fin. ff. de abig. Matth: Coler. Decis 145. num: 10, ubi
p̄nam quinquennalis relegationis cuidam Colono, qui fures
receperat, Mense Majo anno 1580. Jenenses dictasse te-
statur.

XLVI. Ab hoc loco non prorsus aliena est illa quæstio,
utrum molitor perfidus p̄nā suspendii puniri possit? Quod
affirmamus cum Carpzovio *in desin. 5. Constit. 41. p. 4.* ibidem
referente, Lipsenses contra N. N. zu Plawen/ M. Mart. anno
1615. pronunciaffe (verb: sentent: So möchte er wegen solches
begangenen und bekanten Diebstals/ und das er den Leuten so bey
ihm in der Mühlen gemahlet/ so vntrewlich/ bößlich und berrieglis-
cher weisse vorgestanden vud ihnen das ihrige durch seine listige/bu-
bische und ruckische Räncke und Practiken vorklichlichen entfremb-
det und abgestolen/ auch andern so dergleichen ihm möchten zum
Abschew und exempel mit dem Strange vom leben zum todte ges-
strafft werden B. X. B)

XLVII. Ab omni autem p̄na est immanis, qui ignoran-
ter res furtivas emit, & ignorantiam juratō obtinet. Præsu-
mitur tamen scientia, præsertim si quis rem furtivam clam e-
merit *Job. Sichard: in l. incivilem n. 6 de furt: Farin. par. 7. oper.
Crim. q. 177 n. 20. & 25.* Non ergō simpliciter credendum
emptori ignorantiam alleganti, sed hæc juramento probanda
est *cap. 4. C. 8. in fin: de elect: in 6. cap. 4. extr. de except. And. Gail:
lib. 2. observ. 4. um. 23. & seq.*

XLVIII. Impuberēs infantes sicuti furiosos ac dementes
omni prorsus p̄næ eximi indubitati juris est, *vide Prænobil: &
Excellentiss. Domin. Præcept. ac Præsid. in Enodat: Leg. 5. ff. de R.
7.* Alia verō est ratio Impuberum pubertati proximorum.
l. 23. ff. de furt. l. 111 ff. de R. 7. Quamvis & hosce à p̄na sus-
pendii immunes, ac p̄næ saltē arbitrariæ subjugandos exi-
stimaverim cum Johann: Harprecht *in §. in summa sciendum
num. 5. Henric. Bocer. de Furt. cap. 1. n. 27. Bonifac, in Tract. de
furt.*

fure. §. 10. n. 109. & seqq. Non solum, quia in delictorum
paris ætati succurrendum est, *l. 108. ff. de R. J.* Sed & propter
textum clarum in ordinat. Criminal. Carolin: *artic. 164.* Ibi.
So der Dieb oder diebin ihres alters vnter 14. Jahren weren / die
solleu vmb Diebstall ohne sondere vrsach auch nicht vom leben zum
todte gerichte / sondern der Leibstraf gemess mit sampt ewiger vryhede
gestrafet werden. Minorennitas verò relevat furem, quo mi-
nus suspendatur, idque eò magis, quod nusquam minores ver-
bis expressis pænæ suspendij eximantur. At erubescimus
sine lege loqui *l. 19. C. de Collat.*

XLIX. Non inconueniens hîc illa quæstio est, utrum fur
alibi quam in loco delicti puniri possit, si reperiatur cum re-
bus subtractis, an verò ad locum delicti sit remittendus? Posteri-
us affirmamus *arg. l. si cui. §. ult. ff. de accusat.* Planè de consuetu-
dine delinquentes in alieno territorio capti non remittuntur
ad locum delicti, sed in loco Captiuitatis forum & iudicia
fortiuntur, & ibidem supplicia subeunt. Quanquam ple-
rumq; in delictis atrocioribus propter exemplum ad locum
delicti precario & jure amicitiae ac vicinitatis Captivorum re-
missio fieri solet, idq; sub literis reversalibus, quod scilicet
hujusmodi remissio remittentis Jurisdictioni non sit nocitu-
ra *tradente Gailio lib. 1. de pac. publ. c. 16. n. 30.*

L. Si fur à Judice ad mortem condemnatus fuerit, utrum
res furtiva ad fiscum pertineat, an vero ad eum cui subtracta
est, quæritur? Ad hunc pertinere existimamus, *Sneidew. ad §.
final. num 8. Instit. de Oblig. que ex delict. nasc.* *Dambaud. in pract.
Crim. c. 110. n. 51. Elias Robertus diss. 19. th. 7. ad Instit.* De Jure Sa-
xonico verò Judex rem furtivam servat per annum & diem,
& domino per illud tempus petenti eam restituit. *Kompt. et
aber in Jahr. vnd Tag nicht, so lehret der Richter in sein nus-
landrecht art 31. §. 25. lib. 2.*

LI. Ex furto dupliciter agi potest sicuti ex omni delicto.
Primò civiliter ad rem & pœnam dupli vel quadrupli parti
applicandam. Secundò criminaliter. *Sneidew. ad §. final. n. 1.
J. de Oblig. que ex delict. nasc.* Primo casu, actiones pro furto
com-

competentes sunt variæ, odio furum inductæ, ut pluribus actionibus teneantur contra regulam in §. 14. *Instit. de action. per l. si profure. §. furti actio ff. de condict. furtiv.* Datur enim ad exhibendum actio, vindicatio, condictio furtiva, item actiones pœnales furti. Sicuti autem actio furti ad pœnam, ita ad rem persequendam datur actio ad exhibendum, rei vindicatio, & condictio furtiva.

LII. Actionem in rem (cujus præparatoria est actio ad exhibendum, de qua l. 3. §. est autem ff. ad exhibendum. Donell. 15. Com. 29.) Solus dominus, ejusq; heredes, ut est ejus natura, habent contra quemcunque possessorem, Conditionem habent adversus furem heredesve ejus, ita ut si res extet condicatur cum omni interesse, l. 3. ff. de cond. furt. si verò non extet æstimatio rei petatur, l. in re furtiva ff. de Condict. furtiv. Actio furti autem competit non solum Domino heredibusve ejus, sed cuilibet cujus interest rem non surripi §. furti autem actio *Instit. d. tit. §. non autem omnes Instit. de perp. & tempor. action.* Sed solum contra furem, & non ejus heredes competit, nisi lite contestata, d. §. non autem §. l. 1. C. ex delict. defunct. &c.

LIII. Secundo casu quando loquimur de criminali judicio. Hodie ex Constitutione Criminali Caroli V. artic 157. & seqq. est capitale, si concurrant omnes illæ circumstantiæ, quas ibi Carolus Quintus requirit. De quo supra prolixius.

LIV. Ultimo loco notamus actionem furti inter virum & uxorem cessare, vitandæ scil. turpis actionis causa in honorem matrimonii l. 1. & 2. *Rer. amot.* Etsi enim uxor constante matrimonio marito quid amovens idque divortii consilio furtum faciat, tamen furti non tenetur, sed actione rerum amotarum, si scil. divortium postea sit secutum. Divortio autem non secuto cessat quoque actio rerum amotarum, & locum habet condictio sine causa vel potius ex injusta causa.

sa, quæ omnia etiam in marito locum habent, *l. mulier l. Marcellus l. de rebus ff. Rerum amot. vide Donell. 15. Comm. 29.*

LV. Insuper etiam cum filiofamilias furri agi non posse certum est *l. 16 ff. de furt. Rober. th. 10. d. 19.* Quia pater & filius ob potestatem, una eademq; censentur esse persona, *l. fin. C. de Impub. & aliis subfit.* Sed quid de nostri temporis servis, ancillis, mercenariis, ministris & famulis statuendum? Et adversus eos utpote homines liberos furti actionem sive accusationem competere minime ambiguum est, per ea quæ post alios tradit Jul. Clar. *lib. 5 Sentent. § furtum n. 22.* Quò etiam facere videtur Constit. Criminal. Caroli V. *art. 170,* dum eos qui res sibi concreditas intervertunt pœnâ furti affici jubet. Hinc enim intelligitur, multò magis in domesticos eam pœnam statutam esse, *ut ex Wesenb. tradit Donell. Moll. Quod testatur Schulz. in Synops. Instit. ad tit. De Oblig. quæ ex delict. nasc. liter. L.* Quam sententiam confirmat Augustus Elector Saxonix in *Novell. suis p. 4. Constit. 38. ibi.* Die Haußgenossen/ vnd das Haußgesind/ Knechte/ Mägde/ Diener/ Tagelöhner/ vnd dergleichen/ sollen wie andere Diebe/ wann von ihnen ein Diebstahl begangen/ gestrafft/ vnd zwischen ihnen vnd andern Dieben kein vnterscheid gehalten werden. Quod si autem alius contra nostram totam familiam actionem furti intente, eò pertinet *t. t. si fam. furt. fec. dic.* Dominus offerendo tantum, quantum præstaret unus liber, si furtum fecisset, liberatur, ne omnes noxæ dedere cogatur, *l. 1. in fin. princ. & §. fin. d. t. l. 9. de Jurisd. l. 32. ff. ad l. Aquil. l. 32. ff. de noxal. action.*

QUESTIONES AFFINES.

1. *An illi, ad quem ex bona fide per causam emptionis res furtiva pervenerint, Dominus si vindicet rem suam ejus pretium refundere teneatur? N. exceptis necessariis sumptibus in rem furtivam, quia sustentationem pecoris factis.*

2. An

- 469
2. *An in aestimanda re furtiva standum sit juramento ejus, cui res est ablata: A. an etiam juramento, ejus qui abstulit; N.*
 3. *An Sartores de furto rerum alienarum teneantur, quantumvis res suas eodem modo amiserint? A. nisi diligentiam exactam docere possint*
 4. *An pena furti inter collaterales & alios Cognatos, inter quartum gradum sibi invicem conjunctos propter sanguinis Conjunctionem mitiganda sit? A.*
 5. *An à pena suspendii excusetur is, qui tempore necessitatis & famis furtum committit? A. Ita tamen ut fur se ad pinguiorem fortunam pervenerit, ablatum restituat, & penam arbitrariam incurrat.*
 6. *An à furti pena liberetur, quem de Crimine convictum puella in matrimonium petit? N.*
 7. *An fur rupto laqueo de patibulo cadens jure adhuc suspendii possit? A.*
 8. *An judex penam suspendii furi nimis serio penitenti remittere possit, si res furto ablata recuperetur, & Domino suo restituatur A.*
 9. *An fure ad laqueum condemnato & suspensio ejus heredes ad aestimationem rei furtivæ consumptæ teneantur? N.*
 10. *An Cadavera suspensorum rota impositorum vel aliter punitorum, possint deponi & sepultura mandari; an vero in patibulo vel rota relinquenda sint? Prius affirmatur de jure Posterius affirmatur de consuetudine.*
 11. *An Cadavera suspensorum Medicis ad anatomen concedenda sint? A.*
 12. *An puniendi, vel supplicio destinati, vivi Medicis ad anatomen sint concedendi? N.*

Tantum.

Sit Puerio Christo gratia, quæq; Deo.

Si contentus homo concessis viveret, ulla
Mentio nec furti, poena nec ulla foret.
Jam cum non pauci crimen servile patrârint,
Lex aliena vetans surripuisse data est.
Delictum varium, variis distinguere poenis
Hæc jubet, ut tutus furibus orbis agat.
Hinc non immeritò laudaris, consona legi
Qui concinnasti. Pergito, Laurus adest.

*Ita ex animo
posuerunt*

Conterranei.

Sie Wissenschaft wil nicht stets unter bäncken liegen/
Noch sein im bauch verstopft. Sie wil was höher fliegen/
Drum Sie das Haupt erwehlt/ darin ihr sitzt und Hauß
Das niemals Sie verlest/ die Seel den geh' voraus.
So trefflich schwer gehts her/ wo man Sie wil verreiben/
Wie es viel müß auch kost/ biß Sie da wil bekleben.
Da muß man Tag und Nacht des fleisses sparen nicht/
Biß man ihr Meister wird/ und Sie sich eingetrichter.
Das wehrter Freund die Braut/ drum Ihr bißher geruns
Sey bey Euch eingekehrt/ das Sie von Euch bezwungen/ (gen
Beweiset Ihr ikund. Das ist das fleißig sein
Studirn den ganzen tag auch drüber schlaffen ein.
Sie wil nicht ungesperrt/ noch gleich im bauche kleben
Vielmehr bricht Sie hervor/ wil hin und her frey schweben/
Behalten auch ihr Hauß. Beweist auch wie Sie feinde
Der dieberey/ und dem der ist der diebe freunde.

*Diese drei men Herren Stuben-
gesellen zum gefallen.*


David Cichorius
aus Oberlausiz der Rechte
bestiessener.

WITTENBERG, Diss. 1652

ULB Halle

3


002 716 461




TA 30L

VD 17







JURIDICA

14 458 7

TIS,

1652 3

4

Authoritate Ma-

ollegii Juridici in Cele-

issima Witteber-

cademia.

ESIDIO,

, EXCELLENTISSIMI ET

TISSIMI VIRI,

COSELII,

P. P. Celeberrimi, Curia

dicæ, nec non Scabi-

s Gravissimi,

ac Fautoris summa sem-

tia devenerandi.

inandam publicè proponit

ynholz Wufsato-

nus.

Januarij

ICTorum.

ERGÆ

NERI Acad. Typogr.

LII.

da

